vt dum per eam spiritus diuinus insultat ea contemnamus aut
saltem intelligere volumus meram estimantes esse temeritatem
velle in abyssum demersa scrutari dei consilia si ad hec de
fide nobis accidat tentatio monet immemores nunquam simus
quantumuis nos ipsos culpantes ecclesie fidem optare quam
si habere credimus nunquam ob id ea sola sine timore nos sal
uos fore putemus utque fides nostra inuiolata maneat nihil
tam nobis commendatque cristi passionis continua meditatione

373.

Iudocus clithoueus neoportus flandrini oppidi ciuis et sa
cri adhuc nostra tempestate eloquij apud parrhisios professor
inter non parua rei literarie quibus se immortalitati
commendauit opusculum quoddam edidit multo omnium subti
lissimum de mystica numerorum significatione quorum presertim
qui sacris literis vsitatiores habentur reconditiorem desig
nationem succincte elucidat preter eam quam ex arithmetica
sortiuntur significationem id quod in sacris literis per infi
guris designatur explicans nusquam non sacre scripture locos
adeo dificiles proponens vt nisi id quod mystice numeri in sa
cris literis representent intelligas facile in eorum intellectu pre
cipiteris est autem eius tractatio ab vnitate secundum continua
numerorum seriem ad vigesimum vsque quintum numerum produc
ta quem sequentium numerorum symbolos arcani denotatio
nes non eo ordine sed qua sese offerebant oportunitate expli
cuit nulla cuique adaptata reconditiori significatione quam
non ex antiquorum patrum sententia fulciat Inter quos precipuam
prebuisse videtur supellectilem cassyodorus cuius auctoritate fere //
singulos quibusque fidem adauget Nec tamen omnes numeros attigit
quos sacri habent sed eorum duntaxat nullum penitus reliquit in dis
cussum qui vt in sacris literis frequentiores ita intellectu sunt
theosophis magis necessarij.

374.

Liber ecclesiaste ex iis qui inter sacros codices numerantur non mi
nime doctrine sub Iudice adhuc manet Solomonis ne sit qui
prouerbia illa longe grauissima posteris reliquit an alterius
cuiusuis sacro nectare olim inebriati quamuis enim Solomonj
vulgus theosophorum fidentius eum adscribant nullus tamen huiusque
ambiguitatis omnem abegit. alio relicto eius contentionis In